

pis plurimum continet. Graffantur autem illæ interscœ, & cædes mutuas exercent: vnde plurimum adipis in summum maris euehi verisimile est. Confirmat hanc cōiecturam id quod apud maritimos quosdā Germanos fieri solet. Sunt enim qui adipem cuiusvis ceti vase exceptū, in cella frigida deponant, deinde preçlo exprimāt, ut pars tenuior effluat: quæ instar olei est, & eisdem viribus, quibus pars crassior quæ remanet, licet tenuiorū partium. Crassiorem pro genitura ceti vendunt, cuius vim quidem representat, sed ignauius. Diligentiores dignoscunt, quòd vera (vt vocant) genitura ceti, maculis candidis, latis & dulcibus insignitur: adipis verò pars crassior, pinguior, compactior, & minoribus maculis videtur. Fieri etiā potest, vt ex lacte belluarum maris, redundante, & catulorum fugientium rictus subterfugiente, pars pinguior veluti cib butyrū mari supernatet, quæ